Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

misit columbam ex arca. Et illa uenit ad
eum ad uespam; portans ramum oliue ui
rentibus foliis in ore suo. Intellexit g̃ noe
qd̃ cessassent aque sup terram. Locutus est
autem deus ad noe dicens. Egredere de arca
tu et uxor tua. filij tui et uxores filiorum tuo
rum tecum; et cuncta animancia que sunt
apud te ex omni carne tam in uolatilibus q̃m
in bestijs; et uniuersis reptilibus que reptant
sup terram educ tecum; et ingrediminj sup
terram. Crescite et multiplicamj sup eã. Egres
sus est g̃ noe. et filij eius; uxor illius et uxores
filiorum eius cum eo. Sed omnia animancia
iumenta et reptilia que reptant sup terrã. secũm
genus suum de arca egressa sunt. Edificauit
autem noe altare domino; et tollens de cunctis
pecoribus et uolucribus mundis. obtulit holo
caucta sup altare. odoratusq̃ est dñs odorem
suauitatis. ord. Deus meo mutabilis. ii. l. uij.
Temptauit deus abraham; et dixit ad eum.
Abraham abraham. Et ille respondit. Ad
sum. Ait illi. Tolle filium tuum unigenitu
quem diligis ysaac; et uade in terram uisionis.
atq̃ offer eum ibi in holocaustum sup unũ
montium quem monstrauero tibi. Igitur a
braham de nocte consurgens strauit asinum